Ita enim .1. Paralip: 21 ſcribitur.
Surrexit Satan contra Iſraël, et in-
citauit Dauidem, ut numeraret
populum. Poſtremo quanta
ſit crudelitas ſuperbiſſimi iſtius
hoſtis, uero uerbo ſignificat Petrus
cum inquit: Quaerens quem deuo-
ret. Non contentus eſt infli-
xiſſe vulnus, ſed exitium &
πανολεθρίαν nobis molitur.
In quam quidem ut nos praecipitet
primum doctis dolis et facetis fa-
bricis ad peccandum inuitat. Scit
enim peccati indiuiduum comi-
tem eſſe poenam, iuxta illud. Iob 9
Verebar omnia opera mea, ſciens